



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

S. Vuillehadus Episcopus, Franconiae Apostolus secundus. cap. LIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

S: VVILLEHADVS EPISCOPVS;

Franconia Apostolus secundus:

qui

Vias eorum vidit, & sanauit eos, & reduxit.

Isa. 57.

Cap. LIIII.

**E**ODEM ordine, & habitu est S. Vvillehadus, ex monacho S. Vuillibrordi Epreuaci, primus Bremenſis Episcopus, & S. Bonifacij Archiepiscopi in cultura agri Dominici indefessus coadiutor, ut ex eius trophaeo intelligere est; est autem illud Franconia stemma secundum, tres scilicet buſones aurei, in area caerulea. Missus enim ad illam Prouinciam a Carolo Magno Francia Rege, ut eam ad pristinam fidem Catholicam, quam ab S. Chiliano Episcopo & Monacho semel acceperat, reduceret, onus sibi impositum strenue exequens, eandem Christo iterum coniunxit; & praedicatione Evangelij Saxonibus quoque & Frisiis introducta, apud eos tandem, ut egregius vineae Dominicae cultor, in villa Plexensi obiit, anno 790. die 8. Nouembris. *Tritemius lib. 3. cap. 195. Crantzii: 8. Metrop. lib. 1. c. 7 & 8. & in Saxon. lib. 2. c. 14. 15. 22. & 23. Cratepols, & alij permulsi.*

TTt 3 S.SV-